

† SECUNDUM †

Ascendit autem & ioseph
a galilea de ciuitate naza
reth in iudaeam ciuita
tem dauid quae uocatur
bethleem · eo quod esset
de domo & familia dauid ·
ut profiteretur cum ma
ria desponsata sibi uxore
pregnante · factum est
autem cum essent ibi im
pleti sunt dies ut pareret ·
& peperit filium suum
primogenitum; & pannis
eum inuoluit · & reclina
uit eum in praesepio · quia
non erat eis locus in diuer
sorio · & pastores erant
in regione eadem uigilan
tes & custodientes uigili
as noctis super gregem
suum · & ecce angelus dni
stetit iuxta illos · & claritas
dei circumfulsit illos · &
timuerunt timore mag
no · & dixit illis angelus ·
nolite timere; ecce enim
euangelizo uobis gaudi
um magnum quod erit
omni populo · quia natus
est uobis hodie saluator ·
qui est xps dns in ciuitate
dauid · & hoc uobis signum;
inuenietis infantem pan
nis inuolutum · & positum
in praesepio · & subito fac
tus est cum angelo multitu
do militiae caelestis · lau
dantium deum · & dicentium ·
Gloria in altissimis deo ·
& in terra pax in homini
bus bonae uoluntatis ·
Et factum est ut discesse
runt ab eis angeli in caelum ·
pastores loquebantur ad
inuicem · transeamus usq;
bethleem · & uideamus
hoc uerbum quod factum est
quod dns ostendit nobis · &
uenerunt festinantes ·
& inuenerunt mariam
& ioseph · & infantem po
situm in praesepio · uiden
tes autem · cognouerunt
de uerbo quod dictum erat
illis de puero hoc · & omnes
qui audierunt mirati sunt ·

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
The J. Paul Getty Museum, Los Angeles, Ms. Ludwig II 1
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/getty_msludwigII1/0164